

construendis, lignis, pratis, pascuis, semitis, cum ortis,
 arboribus et arbutis, cum piscationibus et piscinis,
 Horum omnium proprietatem, et si qua alia sunt
 ad ipsam villam frankendorf de iure pertinentia que
 a nobis forsam iam sunt in presenti litera minus
 expressa, Otto noster miles fidelis ex parte sua et om-
 nium filiorum suorum non non ^{5.} successorum seu
 heredum memorato monasterio Dobrilug ^{6.} et ipsius
 sancto conventui a nobis dari petijt et presentem
 paginam super premissis confectam nostri si-
 gilli munimine roborari. Itaque nullus heredum
 seu successorum suorum in dictis bonis aut villa
 sepe recitata monasterium Dobrilug et ipsius
 conventum cuncto postfuturo tempore quolibet
 modo audeat molestare, In cuius rei testimoni-
 um huius carte sive privilegio nostram sigillum
 iussimus apponi et dari memorate ecclesie Do-
 brilug et ipsius fratribus pro cautela perpetua
 et munimine sempiterno Datum et actum
 in Lyptzk Anno domini. M. CC. XCIX.º, in
 crastino sancti Jacobi apostoli, Huius testes
 sunt. Johannes de Ammera ^{7.} Jenkinus de geyl-
 nowe. Henricus de koxeritz milites et fideles
 nostrj. Item dominus Johannes abbas de Dobrilug
 et frater hermannus bursarius et monachus

5. necnon.
 6. Dobrilug.

L. III. a.

1299

7. Ammera.